8134 Polae rep. *alla Riva della Sanità* in castris condendis. Est *im K. K. Munitionshof.*

NEMESI
AVG
GELLIA
NICOSTRAT
V · S · L · M

Lucianius et Majonica descripserunt. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 105.
3 GETTIA Maj., CELLIA Luc.

8135 rep. m. Dec. a. 1875 in fullonicae vestibulo, [ut ingredienti haec ara a dextra esset, altera Silvani n. 8136 a sinistra. Ipsa fullonica fuit extra Polam in clivo orientali promunturii Stignani (e regione amphitheatri) in *Valle Monumenti* q. d. Extat in museo.

NEMESI
AVG S
C · IVLIVS
CHRYSO
GONVS
VOTO·FECT

Majonica descripsit. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 99.
4 CHRISO Greg.

8136 rep. cum praecedente.

DAEO SAN *sic*
TO · SILVA
NO SACR
VM · C · IV
LIVS · CRY
SOGONVS
VS

Majonica descripsit. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 98.
1 SAI 'sic' Maj.

Idem C. Iulius Chrysogonus dedicavit aram Iovi n. 13. Nominatur item n. 61, unde inte llegitur vixisse eum aetate Severi.

8137 Polae rep. in castris condendis.

*ue*NERI CAELESTI LA

Ectypum habui. Lucianius et Majonica descripserunt. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 107.

8138 litteris pravis. Polae *alla Riva della Sanità* rep. in castris condendis, est *im K. K. Munitionshof.*

VENERI
CAELESTI
ACVTINVS
CVN SVIS POS

Lucianius et Majonica descripserunt. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 105.
3 AGVTINVS Luc.

8139 Polae lapis rep. 19 Oct. a. 1867 in loco q. d. *clivo della Carità* sive *di S. Giuliana* ante moenia inter portam auream et Zarum.

IN COLONIA · IVLIA · PO
LA · POLLENTIA · HERCVLANEA
REFERENTIBVS · P · MVTTIENO · PRIS
CO · ET · C · MARCIO · HISTRO · II · VIR
NON SEPT ·
QVO*d* *u*ERBA FACTA SVNT · SETTIDIVM
ABAS*ca*NTVM · PRAETER PROBITA
TEM *Vitae* *c*VM EA SOLLICITVDINE
ADQ*u*E IN*dus*TRIA · DELEGATVM · SIBI
OFFICIVM *in* INSVLA MINERVIA · TVERI
VT NON *tan*TVM CONTENTVS SIT · CVRA AC
DILIGE*ntia* *r*ELIGIONI PVBLICAE SATISFA
CERE VERVM *et*IAM · QVAEDAM PROPRIO SVM
*t*V SVO AD EXCOLENDVM LOCVM EXCOGITET
*et ei i*NPENDA*t*·ET PROPTER·HOC TALIS ADFECTI
onis merita decret· PVBLICO · REMVNERANDA
esse ILLIS POR·PVBLIC·GRA *sic*

8140 Polae repertam transtulit Lucianius Albonam, ubi hodie est in aedibus Scampicchio.

FIC*ium in insula mineruia tue*
RI VT *non tantum contentus sit*
CVRA AC D*iligentia religioni publi*
CAE SATIS FA*cere uerum etiam quae*
DAM PROPR*io sumtu suo ad exco*
LENDVM *locum excogitet*

Th. Lucianius misit.

Contuli ad ectypum optime factum, ut nulla littera dubia maneret. Thomas Luciani misit d. 17 Ian. a. 1868 diligenter descriptam; ad idem exemplum ed. Kandler in ephemeride *la Provincia* a. II n. 4 d. 16 Febr. 1868. Kenner *Mitth. der Centralcommission* XIV a. 1869 p. XLVI ad ectypum; Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 110.

Polae coloniae plena nomina nunc demum innotescunt, cum adhuc hoc tantum Plinio teste nossemus eam dictam esse Pietatem Iuliam. Pollentia nominis indicium fuerunt liberti coloniae Pollentii dicti (v. p. 3), ut hoc nomen quamquam minus usitatum statuendum sit primarium fuisse. Herculaneae nomen plane novum est. — Insula Minervia utrum urbana fuerit an maritima, non liquet; magis tamen crediderim, cum urbanae insulae propriis nominibus caruisse videantur, intellegi aliquam ex insulis opportunis et fertilibus, quas sinu Polensi comprehensas esse Strabo ait (5, 1, 9 p. 215: ἡ δὲ Πόλα ἵδρυται μὲν ἐν κόλπῳ λιμενοειδεῖ νησίδια ἔχοντι εὔορμα καὶ εὔκαρπα). Sunt eae insulae quae nunc dicuntur *di Brioni*, quarum maxima apud Plinium 3, 26, 151 et in Peutingerana appellatur Pullaria. Minervae aedem ibi fuisse cum ex hoc titulo effici posse videatur, eo referemus servos *Min(ervae)* n. 170 sive *Miner(vae) Pol(ensis)* n. 244, quamquam eiusmodi servi Graecis institutis magis quam Latinis conveniunt.

8141 arca. Polae rep. *alla Riva della Sanità* in castris condendis. Est *im K. K. Munitionshof.*

T · GALGESTIO
SYNTROPHO
AVG · POLAE
GALGESTIA
PERGAMIS
MARITO
PIENTISSIMO
BENE MEREN
V · F

Lucianius et Majonica descripserunt. Gregorutti *Archeogr. Triest.* N. S. 4, 104.